

diléxi valde: et levábo manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi.

Secreta Sacrificiis præsentibus, Dómine, quæsumus, inténde placátus: ut et devotióni nostræ proficiant et salúti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Praefatio de Quadragesima Vere dignum et iustum est, aéquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnipotens aetérne Deus: Qui corporáli ieiúnió vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largírís, et praémia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam láudant Angeli, adórant Dominatiónes, trémunt Potestátes. Coéli, coelórumque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítte iúbeas, deprecámur, súpplíci confessióne dicéntes: Sanctus, Sanctus...

Communio (Ps. 5. 2-4) Intéllige clamórem meum: inténde voci oratiónis meæ, Rex meus, et Deus meus: quóniam ad te orábo, Dómine.

Postcommunio Súpplíces te rogámus, omnípotens Deus: ut, quos tuis réficis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

amato tanto: e metterò mano ai tuoi comandamenti, che ho amato.

Segreta Guarda, Signore, con occhio placato, al sacrificio presente, affinché giovi alla nostra devozione e salute. Per il nostro Signore Gesù Cristo tuo Figlio, che è Dio e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli. Amen

Prefazio della Quaresima

È veramente degno e giusto, conveniente e salutáre, che noi, sempre e in ogni luogo, Ti rendiamo grazie, o Signore Santo, Padre Onnipotente, Eterno Iddio: Che col digiuno corporale raffreni i vizii, sollevi la mente, largisci virtú e premi: per Cristo nostro Signore. Per mezzo di Lui, la tua maestà lodano gli Angeli, adorano le Dominazioni e tretonde le Potestà. I Cieli, le Virtú celesti e i beati Serafini la cèlebrano con unanime esultanza. Ti preghiamo di ammettere con le loro voci anche le nostre, mentre supplici confessiamo dicendo: Santo, Santo...

Antifona alla Comunione (Ps. 5. 2-4) Ascolta il mio grido: porgi l'orecchio alla voce della mia orazione, o mio Re e mio Dio: poiché a Te rivolgo la mia preghiera, o Signore.

Postcommunio Supplici Ti preghiamo, Dio onnipotente, affinché quelli che Tu ristori con i tuoi sacramenti, conceda anche di servirti con una condotta a Te gradita. Per il nostro Signore Gesù Cristo tuo Figlio, che è Dio e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli. Amen

Proprium de Tempore Tempus Quadragesimæ Dominica II in Quadragesima



Statio ad S. Mariam in Dominica I Classis Violaceus

Introitus (Ps. 24. 6, 3, 22; ibid. 1-2)

Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine, et misericórdiæ tuæ, quæ a sæculo sunt: ne umquam dominéntur nobis inimíci nostri: líbera nos, Deus Israél, ex ómnibus angústíis nostris. Ps.24. 1,2 Ad te, Domine, levavi animam meam, Deus meus, in te confído, non erubescam. V/. Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen . Reminiscere...

Oratio Deus, qui cónspicis omni nos virtúte destítui: intérius exteriúsque custódi; ut ab ómnibus adversitatibus muniámur in córpore, et a pravis cogitatióibus mundémur in mente. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen

Introito (Ps. 24. 6, 3, 22; ibid. 1-2)

Ricordati, Signore, della tua compassione e della tua misericordia, che sono eterne: affinché mai trionfino su di noi i nostri nemici; liberaci, Dio di Israele, da tutte le nostre tribolazioni. Ps.24. 1,2 A te, Signore, ho levato l'anima mia, in Te confido, mio Dio, che io non resti confuso. V/. Gloria al Padre, al Figlio e allo Spirito santo, com'era nel principio e ora, e sempre, nei secoli dei secoli. Amen. Ricordati. Signore...

Colletta Dio, che ci vedi privi di ogni forza, custodiscici all' interno e all'esterno, affinché siamo liberi da ogni avversità nel corpo e abbiamo mondata la mente da ogni cattivo pensiero. Per il nostro Signore Gesù Cristo tuo, Figlio, che è Dio e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli. Amen

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Thessalonicénses (*1 Thess. 4. 1-7*) Fratres: Rogámus vos et obsecrámus in Dómino Jesu, ut quemádmódum accepístis a nobis, quómo do opórteat vos ambuláre et placére Deo, sic et ambulétis, ut abundétis magis. Scitis enim quæ præcépta déderim vobis per Dóminum Jesum. Hæc est enim volúntas Dei, sanctificátio vestra, ut abstineátis vos a fornicatióne, ut sciat unusquísque vestrum vas suum possidére in sanctificatióne et honóre: non in passióne desidérii, sicut et Gentes, quæ ignórant Deum: et ne quis supergrediátur, neque circumvéniat in negótio fratrem suum: quóniam vindex est Dóminus de his ómnibus, sicut prædíximus vobis et testificáti sumus. Non enim vocávit nos Deus in immundítiam, sed in sanctificatióne: in Christo Jesu Dómino nostro. **Deo Gratias**

Graduale. (*Ps. 24. 17-18*)

Tribulatiónes cordis mei dilatátæ sunt: de necessitatibus meis éripe me, Dómine. Vide humilitátem meam et labórem meum: et dimítte ó m n i a p e c c á t a m e a .

Tractus (*Ps. 105, 1-4*) Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in sæculum misericórdia ejus. Quis loquétur poténtias Dómini: audítas faciet omnes laudes ejus? Beáti qui custódiunt júdicium, et faciunt

Dalla prima Lettera di San Paolo Apostolo ai Tessalonesi (*1 Thess. 4. 1-7*) Fratelli, vi preghiamo e supplichiamo nel Signore Gesù: avete appreso da noi come comportarvi in modo da piacere a Dio, e così già vi comportate; cercate di agire sempre così per distinguervi ancora di più. Voi conoscete infatti quali norme vi abbiamo dato da parte del Signore Gesù. Perché questa è la volontà di Dio, la vostra santificazione: che vi asteniate dall'impudicizia, che ciascuno sappia mantenere il proprio corpo con santità e rispetto, non come oggetto di passioni e libidine, come i pagani che non conoscono Dio; che nessuno offenda e inganni su questo il proprio fratello, perché il Signore è vindice di tutte queste cose, come vi abbiamo detto e attestato. Dio non ci ha chiamati all'impurità, ma alla santificazione. **Rendiamo grazie a Dio.**

Graduale. (*Ps. 24. 17-18*)

Le tribolazioni del mio cuore sono aumentate: liberami, Signore, dalle mie angustie. Guarda la mia umiliazione e la mia pena e perdona tutti i miei peccati.

Tratto (*Ps. 105, 1-4*) Lodate il Signore perché è buono, perché la sua misericordia è eterna. Chi potrà narrare la potenza del Signore? O far sentire tutte le sue lodi? Beati quelli che osservano la rettitudine e praticano sempre la

justítiam in omni témpore. Meménto nostri Dómine in beneplácito pópuli tui: vísitá nos in salutári tuo.

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum (*Matth. 17,1-9*)

In illo témpore: Assúmpsit Jesus Petrum, et Jacóbum, et Joánnem fratrem ejus, et duxit illos in montem excélsu m seórsum: et transfigurátus est ante eos. Et resplénduit fácies ejus sicut sol: vestiménta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuérunt illis Móyses, et Elías cum eo loquéntes. Respóndens autem Petrus, dixit ad Jesum: Dómine, bonum est nos hic esse: si vis, faciámus hic tria tabernácula, tibi unum, Móysi unum, et Elíæ unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lúcida obumbrávit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi bene complácu i: ipsum audíte. Et audiéntes discípuli, cecidérunt in faciém suam, et timuérunt valde. Et accéssit Jesus, et tétigit eos: dixítque eis: Súrgite, et nolíte timére. Levántes autem óculos suos, néminem vidérunt, nisi solum Jesum. Et descendéntibus illis de monte, præcépit eis Jesus, dicens: Némini dixéritis visiónem, donec Fílius hóminis a mórtuis resúrgat. **Deo Gratias**

Offertorium (*Ps. 118. 47, 48*)

Meditábor in mandátis tuis, quæ

giustizia. Ricordati di noi, Signore, nella tua benevolenza verso il tuo popolo, visitarci con la tua salvezza.

Dal Vangelo secondo Matteo

(*Matth. 17,1-9*)

In quel tempo, Gesù prese con sé Pietro, Giacomo e Giovanni suo fratello e li condusse in disparte, su un alto monte. E fu trasfigurato davanti a loro; il suo volto brillò come il sole e le sue vesti divennero candide come la luce. Ed ecco apparvero loro Mosè ed Elia, che conversavano con lui. Pietro prese allora la parola e disse a Gesù: "Signore, è bello per noi restare qui; se vuoi, farò qui tre tende, una per te, una per Mosè e una per Elia". Egli stava ancora parlando quando una nube luminosa li avvolse con la sua ombra. Ed ecco una voce che diceva: "Questi è il Figlio mio prediletto, nel quale mi sono compiaciuto. Ascoltatelo". All'udire ciò, i discepoli caddero con la faccia a terra e furono presi da grande timore. Ma Gesù si avvicinò e, toccatili, disse: "Alzatevi e non temete". Sollevando gli occhi non videro più nessuno, se non Gesù solo. E mentre discendevano dal monte, Gesù ordinò loro: "Non parlate a nessuno di questa visione, finché il Figlio dell'uomo non sia r i s o r t o d a i m o r t i".

Rendiamo grazie a Dio

Offertorio (*Ps. 118. 47, 48*)

Meditèrò i tuoi precetti che ho